

Solus habitabit leprosus extra castra.

Léctio libri Levítici

13, 1-2. 44-46

¹ **L**ocútus est Dóminus ad Móysen et Aaron dicens:
² «Homo, in cuius carne et cute
ortus fúerit tumor sive pústula
aut quasi lucens quíppiam, id est plaga lepræ,
adducétur ad Aaron sacerdotem
vel ad unum quémlibet filiórum eius sacerdotum.

[3-43]

⁴⁴ Vir maculátus est lepra,
et sacerdos omníno decérnet eum esse immúndum;
plaga est in cápite eius.

⁴⁵ Leprosus hac plaga percússus
habébit vestiménta dissúta,
comam cápitis excússam,
barbam contéctam;
clamábit: “Immúndus! Immúndus!”.

⁴⁶ Omni témpore, quo leprosus est immúndus,
immúndus est
et solus habitábit extra castra».

Verbum Dómini.